Vos autem que propter amorem celestis sponsi voluptates car-
nis exhorruistis, credite indubitanter quoniam cum per viam qua
ingresse estis ad eius visionem perveneritis, maiores quas dimi-
sistis delectationes in perpetuum obtinebitis. Unde ait propheta
veritatis David: Notas michi fecisti vias vite, adimplebis me
leticia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua usque in
finem. Amen.

Incipit Hugo de dignitate humane nature

Prologus

A lege et prophetis libris et exemplis salvatoris
sanctorumque primi scriptis spiritu sancto dedicatis,
instructi nos preparare quibus datum est
nosse misterium regni dei, plenissime quod
imitandum et faciendum, quod vero fugiendum
sit agnoscatis. Sed licet saginati spiritualibus epulis ea que
de immunda olla fuerint oblata fastidiat, tamen labia mea
non prohibebo, nec ideo quiescam, quia penitus reiciendum non
est quod pura condiat caritas, quod dulcis commendat humilitas.
Siquidem multe sunt humane vite necessitates nobis exprobran-
di defectus. sed itinerandi et implendum est si quid boni prius
fuerit affectus. Numquid non infructuosa ulmus vitem quoque
sustentat. Numquid non de aridis cortice arborum pruine
fauces deferuntur? Nonne sepe de corrupto mustis vinctis
plus liquoris exiit? Numquid non cinis mortuus ignem
vivum operit ac fovet? Nonne terra putridum terre super-
iectum fecundiorem segetem facit? Non ergo omnia que prosunt in
se bona sunt. sed quod utile esse agnoscatur licet vile sit
diligenter servatur. Non itaque nostra etas vita sancta equi-
paratur. sed si quod sibi salubre legendo invenerit amplectitur.

Incipit Hugo de dignitate humane nature prologus.

Sed iam attemus. Quid ad ea de quibus tractare dis-
posuimus disponente gratia et adiuvante domino virilem
accingamur.

De dignitate humane nature. Capitulum primum
De lapsu hominis. secundum
De cecitate cordis. tercium
De obstinatione eorum qui carnem tantum sapiunt. quartum

Incipit liber primus de humane nature dignitate.

Capitulum primum

Dignitatem humane nature ad intelligendum deum. sibi quoque fermiendum esse creatam totius divine scripture testatur auctoritas. Unde omnibus creaturis ingenio rationis et intellectu precellens etiam corporis habitudine. celsitudine hominis ad celestia suspicienda acquirenda sese originaliter erectam esse demonstrat. Hec iam sine dignitate oblita. nature scripta lege contempta. immisis quoque incestis hominis serviliter mancipata spretis celestibus quoque suis quoque substrata voluptatibus. In sinum inconcium miserabili fine preceps collabitur. Et quare hoc? Numquid hec corrupcio creatori imputanda est? Absit. Ad ymaginem quippe dei factus est homo. Unde gloria hominis inicium est. Tam porcius ab ipsius suis concupiscenciis. Non igitur estimandum est in iniuria creatoris creatum esse hominem cum peccato. sed ex concesso sibi libero arbitrio incurrisse peccatum.

De lapsu hominis. Capitulum secundum

Dixerit vero aliquis. Si deus bonus bonum hominem creavit. quare corrupcioni subiectum esse permisit? Non iniqua racione fecisset. si homo condicione libero caruisset